Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tatis agnicione. Quid ergo melius
eligere dignius est. quam ut generositas
nostre coniunctionis reparet preclaritatem
dominorum nostrorum augustorum. Respondit gauinius
presbiter dicens. Nos humiles unde dig-
ni sumus cognati dici maiorum. Respondit clau-
dius dicens. Sancte frater numquid tu fi-
lius non es maximiani. cuius et gaius episcopus
uir frater famatissimi senatoris et consu-
lis patrui mei et consulis. et consobrini
dominorum nostrorum augustorum. Respondit gauinius
Ita est. Tamen nos ultimi. manus
temporum non sumus digni hoc dici. Dicit
ad eum claudius. Fructum nationis
communis habito consilio sapientis.
Hoc preceperunt domini mei principes dio-
clecianus augustus. ut filiam tuam
quam cognouimus eruditam in omni
sapientia. in coniunctione filio traden-
dam maximino augusto copulet.
quia iustum est ut ex radice firme uir-
gulte nate non separentur. Quod tamen
a nobis optandum semper speretur in gau-
dio. Respondit gauinius presbiter. Inducias in-
date. ut animo puelle obligem cari-
tati. Et data parte salutationis exces-
serunt. Tunc ueniens gauinius presbiter
ad filiam suam nomine susannam. quam
amplexans dixit ei. Desidero te ad
sanctum patrem et germanum nostrum patruum
tuum gaium episcopum duci. ut quod in te con-
tulit spiritus sanctus non euacuet.

Eodem tempore rogauit ad
se uenire gaium episcopum. et nar-
rauit ei primo omnia que
gesta fuerant. Et intrantes domum
dixerunt puelle cum lacrimis. Dio-
clecianus augustus direxit ad nos clau-
dium consobrinum nostrum. Qui ueniens
ad nos. te carissimam filiam suo filio
maximino in coniugium petere decla-
rauit. Respondens susanna ad patrem suum.
et ad patruum suum dixit. Ubi est sapientia
tua. Exclusa est. Si non scires me
christianam. sicut et uos doctores. quare
coinquinasti os tuum uel aures audi-
endo pollutos sermones. ut ego con-
iungar crudeli pagano. quem uos
secundum fidem domini non timuistis negare
generositati uestre esse coniunctum. Iam
gloria deo omnipotenti. qui me dignatus
est coniungi corporibus sanctorum. quia sic
credo in dominum nostrum ihesum christum. quia per me
hunc contemptum ascendo ad palmam
martyrii. Respondit gauinius presbiter. Ergo filia con-
stans esto in fide quam tenes. Respondit gaius
episcopus et dixit. Et nos mereamur fructum
oblationis offerre domino nostro ihesu christo
de constantia tua. quia scio pietatem
eius in omnes homines esse misericordem
dominum ihesum christum. Respondit susanna ad gai-
um episcopum patruum suum. et ad patrem suum
gauinium presbiterum. et dixit eis. Domini mei
ego scio quia de ore tuo pater semper hoc
sum erudita. ut castitatem studerem
semper seruandam. et pudicitiam domino ihesu
christo exhiberem. et ut in eius timore iam
constituta. numquam coinquinabor
uirilem commixtum amoris studio.
Sed cum me semel tu tradidisti ipsi
seruo. et in ipsum confido. quia ipse
nouit conscienciam meam. Gaius episcopus
dixit. Ergo si iam semel tradita es
deo. custodi precepta eius. quia sic dig-
natus est a nobis seruus suus per euan-
gelicam doctrinam declarare uestigi-
um. ut cum stabitis ante principes
et presides non premeditari qualiter respon-
deatis. quia dabitur uobis in illa hora
quid dicatis. quia non uos loquimini.